





Pri. 30. num. 21.

2.  
1774.8.  
**DISSERTATIO IURIDICA  
DE  
VS VFRVCTV PATERNO**  
IN HASSIA  
EIVSDEM QVE PER OBSERVANTIAM  
QVA HODIE FLORET  
AMPLITUDINE

*P. 24,*  
**RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPPE  
ET DOMINO**  
**DNO FRIDERICO II**  
HASSIAE LANDGRAVIO RELIQUA

**PRAESIDE**  
**AEMIL. LVD. HOMBERGK ZV VACH**  
IVR. DOCT. ET PROF. ORD. SERENISSIMIS HASSIAE LANDGRAVIIS  
IN IUDICIO AVLICO A CONSILIIS

**AD D. III OCTOBris C<sup>l</sup>CCCLXXI**  
H. L. Q. S.  
**PUBLICAE ERUDITORVM DISQVISITIONI**  
**SUBMITTIT**  
**CONRADVS GUILIELMVS LEDDERHOSE**  
HASSVS.

MARBVRGI CATTORVM  
EX OFFICINA TYPOGR. VNIVERS. MÜLLERIANA.



15. MARCH 1827.

CONRADUS GALLUS VENETUS HERDOPHORUS

MARIAE MAGDALENAE SANTO DOMINI CONCEP

TIÓN ET NATA'LIS IN CATHOLICO ROMANICO

DIOSPHRAGMOS II

ANNO MDCCLXVII

IN HEDERA A CORNU

AD A III OCTAVAS CLAVICORDI

EPISTOLA ET PSALMUS

CONRADUS GALLUS VENETUS HERDOPHORUS

MARIAE MAGDALENAE SANTO DOMINI CONCEP



DISSERTATIO IURIDICA  
DE  
VSUFRVCTV PATERNO  
IN HASSIA  
EIVSDEMQUE PER OBSERVANTIAM  
QVA HODIE FLORET  
AMPLITUDINE

§ I

TRACTATIONIS CONSILIVM REASSVMTV

Cum anno superiori de usufructu parentum in Hassia, speciatim de usufructu materno dissertatione praeliminari exponeremus, (a) hunc nobis praefixeramus scopum ut du  
A biis

(a) de usufructu parentum in materno moribus legibusque paternis Hassia, speciatim de usufructu triae aniquis obtinente negue  
sanctio-

2 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

biis multis inuolutum patrii iuris thema vel quodammodo illustratum appareret, quo dein, quantum vsusfructus vterque, maioribus nostris ab antiquo vstatus hodie adhuc obtineat, dilucidius siue patesceret, siue, qua ratione in eruendo hoc argumento incedendum sit, manifestum fieret. Atque vtrumque ita nos exsecutos esse aequis rerum arbitris visum est, vt, quod variis de caussis fere abieceramus perficienda coeptae opellae propositum iam reassumere e re esse duxerimus. Qui quidem labor, si velut tentamentum in re dubia minus prospere successerit atque aliis forte etiam non exemerit scrupulos, quibus nec nos vacare penitus etiamnum profitemur, vel hi tamen speramus, non vituperauerint, quod veritati exquirendae siue impendimus, siue impensuri sumus studium.

§ II

PATRI VSVMFRVCTVM COMPETIISSE AB  
ANTIQVO.

Quo ergo filum, ea, qua coepimus ratione ducamus, ab eo, quod in facto consistit ordinatur, atque velut notoriam et conclamatam rem

sanctione aliqua recentiori vel perstite. Marburgi d. 20 Jul.  
desuetudine notoria exilio baste- 1770 respondente IOANNE  
nus mulierato sed obseruantia su- IACOBO HECKMANN.

rem supponamus, patri vsumfructum in Hassia competere atque tributum esse omni aeuo, saltem qui id negauerit, aut contrarium defendere sustinuerit, exstissemus, quoad nosse nobis datum est, neminem.

## § III

## ATQVE HODIENVM COMPETERE

Agnoscit vsumfructum quotidiana experientia, sic quidem, ut quantum ad quaestionem an? extra controuersiam omnem positus videatur: adeo quidem, ut aleae iudicali eam vnuquam commissam fuisse nec recordemur, nec contigisse id, ab aliis longo rerum vsu, quotquot consuimus expertissimis, relatum acceperimus.

## § IV

## DE QVIBVS DAM SALTEM HVIVS IVRIS ARTICVLIS DISPUTATVM HACTENVS ESSE ID VERO NEQVAQM OBSTARE

Quae cum ita sint, non est, ut quem turbulentites, quas de modis, quibus vsumfructus hic finiatur, de inventario a patre confiendo, de edenda iurata specificatione, de praemio emancipationis motas nouimus et quae sunt alia, disputata in foris Hassiacis. Illae enim sicut quaestionem an? non tangunt, sed, quod pater vsumfructu gau-

A 2 deat,

4 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

deat, supponunt, ita id, quod velut rem notoriā supposuimus maxime confirmant.

§ V

DE HASSIA CASSELLANA QVAERI

De HASSIA CASSELLANA nos acturos esse vel verbo monuisse sufficiat. Nam DARMSTADINA tractare hoc loco, nobis quidem apparatu et subsidiis destitutis nec licet, nec luet. Suppleant vero, rogamus, hanc lacunam Viri docti, quorum industria in conficiendo CODICE LUDOVICIANO occupabitur, quem proditum fore spem concipere licet, ex quo de conficiendo huiusmodi opere consilia agitari constat. (a)

§ VI

HASSIAM CASSELLANAM SUPERIOREM EADEM  
QVA INFERIOREM PRAXI IN VNIVERSVM  
HACTENVS NON REGI

Ne a scopo recedamus et quod in facto consistit, negligamus, id quidem merito inculcamus, in vtraque nostra, quam Cassellani incolimus  
Hassia,

(a) Notitiam rei debemus Illustri Academiae Gieffenae Antecessori, Viro eleganter docto C. H. S. GATZERT, qui in eruditissima commen-

tatione *de Iudacorum in Hassia praeципue Darmstadtina iuribus atque obligationibus* pag. 121 in partem spei nos admisit.

Hassia, patri vsumfructum deberi aequa ac sine contradictione concedi, quoad modos finiendi autem et alia, Hassiam superiorem distingui-  
mus ab inferiori et quid praxis, quoad nobis saltem haec tenus constat, utroque seruet, ex-  
ponamus, ne, si manca et imperfecta dare intermitteremus, occasionem posthabuisse videa-  
mur inferiendi bono publico communicatione eorum, quae sive ad notitiam, sive ad nostras per-  
uenerunt manus et vel aliquam argumento huic iuris Hassiaci conciliare posse videntur illustratio-  
nem. Qua quidem cautione fiet, ut obseruata praxeos in utraque Hassia Cassellana diuersitate,  
consideratisque variis thema nostrum respicienti-  
bus dubiis, ea tandem, qua detinemur incerti-  
tudo, hoc nobis praestet, ut sive doctrina, sive  
rerum iudicatarum, quarum sufficienti haec tenus  
destituimus copia, autoritate inter se collatis,  
pedem, quo niti liceat, in tantum figamus, do-  
nec facta in rationes diuortii inquisitione et per-  
scrutatis dubietatum fontibus, verum cernamus  
atque sequamur, quoad vel notoria atque uni-  
versalis aliqua praxis, vel PRINCIPIS constitu-  
tio, aliud statuat iubeatque.

G DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

§ VII

NE IN SVPERIORI QVIDEM HASSIA EAM SIBI  
PER OMNIA SIMILEM ET CONSTANTEM  
OBSERVARI.

Si repetere ex dictis aliquid licet, supposito in vtraque Hassia paterni vsumfructus vigore, vel maxime iam, eas consideremus controuersias, quae diuerso litium desuper agitatarum exitu, dubiam variamque reddidisse nobis videntur praxin, vt, si verum fatendum, ne nunc quidem in nostra hac vrbe, quin nec in toto principatu ad Lanum, quoad inferiori iunctus, eidem subiacet imperio, de certo per omnia iure constet.

§ VIII

QVOD PROBATVR I) ARGVMENTO CONTROVER-  
SIAE, NVM VSVFRVCTVS PATERNVS  
NVPTIIS FILIAE FINIATVR.

Argumento est saepius agitata quaestio, an pater filia per nuptias a potestate eius liberata vsumfructum amittat? Integra dissertatione eam tractauimus quondam atque Iure Germanico patrem eo quidem casu ad restitutionem bonorum aduentitiorum teneri, hinc vero vsumfructum nuptiis filiae finiti generatim defendimus. (a)

De

(a) in dissertatione: *de factis a patre restituendis nec bonis aduentitiiis liberis sui iuris non de praemio emancipationis cessante*

De Hassia et praxi in his terris hodierna in specie tunc quidem temporis nec cogitatum, nec actum. Ea tamen, quod fatemur generatim nobis federat opinio, finem vsufructui paterno facere nuptias filiae, nec, cur Hassiam, qua patet, exciperemus, vel post annorum interualla ratio sufficiens adesse visa est. Quin, quoties quaestio incidit, (incidit autem et quidem cum Viris maioris autoritatis aliisque familiariter saepius) in Hassia inprimis nostra superiori rem dubio carere pertinaciter statuimus. Sed, ne quid dissimulemus, dubitationes nobis mouerunt exempla priuata contraria in vtraque Hassia, quarum copiam maxime subministrat, inferior Principatus, vbi pater vsufructu potiri dicebatur ad dies vitae. Et tantum quidem, quantum alii, autoritatis iis tribuendum esse, minime existimauimus, tum quod arbitrio priuato atque spontaneo

*cessante vel non cessante quam pro gradu Doctoris defendit  
IOHANNES HENRICVS DIETZ Wetzlariensis Marburgi anno 1754.* Assensum tulere haec nobis defensa principia tum Perillustris Academiae Cancellarii, IOANNIS GEORGII ESTOR atque Illustris HOFFMANNI in der teutschen Rechtsgelehrtheit Tom.

III§8 tum COLLEGARVM, vt testatur sententia quam FACULTATIS nomine tulit Vir Illustris IOANNES IACOBVS SORBER et cum rationibus bona eius cum venia in appendice subiungere vifum est; tum denique alii, viri eruditissimi, quorum consensu firmatam vidimus hanc, quam secuti sumus, opinionem.

## 8 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

neo animi decreto ea niti, ex necessitate iuris vel consuetudinis autem ea processisse minime appareret; tum, quod inferioris Hassiae obseruantia, si quae certo possit supponi, normam dare nequeat in nostro hoc superioris Hassiae tractu. Hactenus ergo firmo etiam in Patria tali stare nobis visa est, communis illa Iuris Germanici peritis ut plurimum probata opinio, patrem filia nuptiis a potestate eius liberata, ad restitutionem bonorum aduentitorum, nulla amplius vesusfructus ratione habita teneri. Vbi tamen acceſſerunt iudicata summi appellationum Tribunalis, quibus vesusfructus patri deberi visus est ad dies vitae, renata sunt, quae nos suspensos tenuerunt saepius dubia. Quamuis enim caus in Hassia inferiori obuii illis cauſam dedissent, facile tamen subiit animum cogitatio fore, ut caſu simili e Hassia superiori ad summum hoc Tribunal delato, is parili ratione decidatur. Nouissima itaque ſollicitare coepimus praetudicia, ut ex incertitudine tanta emergere tandem daretur. Verum nihil horum naſti, quod ad tollendam illam, ſufficere potuifet, quid statuendum sit noſtratibus, ſicubi caſus incident, in Hassia superiori, his, qui iudiciis adſident, relinquendum duximus, recentiores praestolaturi ſimilium  
litium

litium exitus. Interea, dum ancipiti animo distraheremur, bona fortuna (b) ad manus nostras peruererunt praeiudicia rerum in illustri hoc Regimine Marburgensi nostra saltem aetate iudicatarum, quibus consideratis obseruare licuit diversitatem principiorum, secundum quam aliter atque aliter, aliis per temporum interualla tum visum, tum iudicatum est. Vicerunt, quod miseris, in Hassia quondam principia iuris Germanici, olim nobis generatim defensa, scilicet: patrem filia nuptum elocata omnino teneri ad plenariam bonorum aduentitiorum restitucionem. Ita iudicatum in caussa: *Hans Curth Barth sen. zu Altenvers contra Hans Jacob Schmidt*

*selbst*

(b) Videlicet, cum distraeta pridem *Bibliotheca Waldschmidiana* aliquis adhuc librorum et miscellaneorum cum impressorum, tum manuscriptorum apparatus, quem catalogus non comprehendebat, superesset et ante annos aliquot publica auctionis lege venderetur, non solum *Consilia Responsa* et *Decisiones* a b. WALDSCHMIDIO FACULTATIS IURIDICAB nomine exarata bono BIBLIOTHECAB ACADEMICAЕ, quam longa

Voluminum serie ornabunt, levissimo aere comparare et ab interitu vindicare nobis licuit, sed etiam *Fasciculos* aliquot *Miscella* complexos naeti sumus, quae inter obuiam habuimus illud, ad quod prouocauimus praeiudicium formavoti propria viri beati manu scriptum, nobis tanto magis aestimandum, quanto maiori studio quicquid ad argumentum hoc spectat, notitia complecti atque colligere laboravimus.

B

10 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

*selbst, appellationis.* (c) Ita sane testatur Magnificus

(c) En verba et rationes  
cum dubitandi, tum deciden-  
di, quibus nititur. **V O T V M**  
sub rubro:

*In Sachen*

*Hans Curtius Barth sen.*  
*zu Altenvers*

*contra*

*Hans Jacob Schmidt daselbst*  
*appellationis*

Obwohlen 1) nach Römi-  
schen Rechten ganz incon-  
testabel ist, quod emancipatio  
liberorum, (praterquam in  
casibus nonnullis exceptis) a  
voluntate patris dependeat, at-  
que adeo per separatum oco-  
nomiam aut nuptias, filius e  
sacris paternis non exeat

*p. vulgar.*

Nicht weniger 2) bekannten  
Rechtes ist, dass dem Vatter  
constante P. P. der vſusfructus  
in peculio aduentitio regulari-  
zukommt, solcher auch post  
factam emancipationem, in  
dimidia parte, istiusmodi bo-  
norum, pro praemio eman-  
cationis demselben verbleibet

*L. 6 § 3 C. de bon. quae lib.*

Und denn 3) pro obseruantia  
Iuris Ciui. Rom. die praeſum-  
tio in ſo weit militiret, vt is  
qui textum Iuris Rom. in Ger-

mania allegat fundatam habeat  
intentionem cert.

*p. vulgar.*

Bey gegenwärtigem caſu aber  
4) nicht erſindlich ist, dass ap-  
pellant in ſeiner Tochter, des  
appellati Hausfrauen angebliche  
emancipation jemahlen ge-  
willigt, oder auch ein folches  
nach Erfordern derer Römi-  
ſchen Rechte, vor Gericht  
beschehen ſeyet.

Dagegen 5) die conſuetudo  
particularis im Gericht  
Lohr, worauf appellatus ſich  
berufen, durch das von ihm  
beygebrachte Attestat, dem  
erſten Anſehen nach gar nicht  
erwiesen: cum nuda cuiuslibet  
Iudicis aſſertio, ad conſuetu-  
dinem probandam haud ſuffi-  
ciat

*CARPZOV part. 1 Dec. 3  
num. 20.*

Vielmehr durch ein vom ap-  
pellanten angeführtes praeiudi-  
cium de a. 1711 den 29 Dec.

*vid. deſignat. act. nouiff.  
ſub num. 6.*

elidiret zu feyn ſcheinet.

Bey dem allen 7) was eini-  
ge D.D. als etwa Thomasius  
*de quaſi emancipatione Ger-  
manorum*

*pro*

ficus quondam Academiae nostrae Pro-Cancel-  
B 2 larius

pro cathedra souteniren, ad causas decidendas so wenig allegiret werden mag, als we-  
nig 8) das bekannte praeiudi-  
cium bey Carpzouio p. 2 C. 10  
*Def.* und darinnen allegirte Ius  
Saxonicum, praxin Germania-  
nicum vniuersalem, vor sich al-  
lein inferiren mag.

Alldieweil aber doch 1) die ratione dubitandi 4 pro obser-  
vantia Iuris Rom. allegirte Rechtsregul., den bekannten Reichs-Gesetzen nach, alsdenn  
ihren billigen Abfall hat, quo-  
ties principium Iuris Germa-  
nici cum Iure Rom. pugnat,  
auch solchenfalls vielmehr pro  
Iure Patrio die praesumption mi-  
litret, cum Ius Rom. in sub-  
sidium inter Germanos recep-  
tum ac confirmatum sit

*Vid. Rec. Imp. de a. 1654  
§ 105.*

*Ordin. Iud. Aut. Tit. 1  
§ und weilen*

*SCHILTER in praxi fori  
Germ. Exerc. 1 § 11.*

Und denn 2) von denen äl-  
testen teutschen Rechten, dass  
nach selbigen die emancipatio  
et dimissio e P. P. von des Vat-  
ters Willen nicht lediglich de-  
pendire, sondern dass die Kin-

der per separata m oecono-  
miam et nuptias der väterli-  
chen Gewalt erlassen werden,  
alsdenn auch bey solcher ab  
ipsa lege herrührenden eman-  
cipation, der Vatter denen Kin-  
dern alle bona materna et ad-  
uentitia alia, auszuhändigen  
schuldig seye, ohne dass er  
pro praemio emancipat. das  
geringste vor sich zu behalten  
berechtigt, nicht nur das Ius  
provinciale Saxonicum (de quo  
Carpzouius) *Lib. I art. II* son-  
dern auch das Ius provinciale  
Allemannicum cap. 382 ein  
starkes Zeugniß geben.

Dass auch 3) sohane teut-  
sche Gewohnheiten und Rech-  
te, non obstante receptione  
iuris Rom. in der observanz  
verblieben, von bewährten  
Rechts - Gelehrten bestätigt  
wird, wie denn, außer denen  
in einigen andern Votis be-  
reits wohl allegirten Dd. auch

*M E B V I V S ad Ius Lubec.*

*Lib. I Tit. 3 pr. num.*

*24 et Lib. 2 Tit. 2 num. 7.*

*ARGENTORAT. Lib. I*

*Conf. 8 num. 14.*

*BERLICH. part. 2 concl. 11*

*num. 64.*

*BESOLD*

12 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

larius IOHANNES WILHELMVS WALDSCHMIDT in voto ad pluralitatem suffragiorum composito, quod Consiliarius ipse tulit, rationibus dissensus sui, grauissimis, vltiori voto expositis, quod citra yllijs iniuriam vel offenditionem pariter communicamus, (d) tum, quia de  
praxi

BEBOLD Lib. 4 consil. 151

num. 4

qui modo dicta generali Germaniae consuetudini adscribunt, ein solches ausdrücklich confirmiren. Dannenhero 4) der pro obseruantia Iuris Rom. sonst gar sehr portire LYNCKERS

Dicteptat. Forens. cent. 3

refol. 289

et in Volumine Decisionum

Dec. 553. 933 et 1346

jedenoth ausdrücklich zufether, quod liberi per separatam oeconomiam et nuptias e sacris paternis hodienum, exeat, quodque pater liberis ita dimisssis omnia bona materna restituere teneatur. Solchemnach denn die 5) ratione decidendi prima hieroben allegirte praesumtio pro iure Patrio eiusque obseruantia dem appellato gleichfalls zu statthen kommen muss, auch durch das beygebrachte Attestatum vom Schultheisen und Schöp-

fen ferner bestärket wird scum eiusmodi attestata, ad minimum semiplene probent

HAHN ad Wes. tit. ff. de  
LL. sub fin.

Und weilen 6) das von appellante allegirte praeiudicium von defswegen nicht obstire mag, weilen solches auf pacta dotalia oder andere Neben-Umstände sich gründen kan. Die übrigen rat, dubit, auch von selbit sich beantworten.

Als ergehet schließlich meine Meynung dahin das sententia a qua zu confirmiren, dem appellanti auch die restitutio bonorum maternorum, praevia iurata specificacione zu iniungiren die Unkosten aber ob probabilem litigandi causam zu compenfiren seyen.

f. m.

WALDSCHMIDT.

(d) Tenor VOTI VLTIORIS

praxi in Hassia superiori testimonium praeberet,  
B 3 tum

RIORIS, manu *Antonii Raabe*,  
cuius amanuensi opera WALD-  
SCHMIDIVS tum vrebatur,  
scripti hic eit:

*In Sachen Barth contra Schmidt:*

Dievveilen aus derer Hr. Collegen votis vvahrnehme, dass dieselbe vnanimiter vvider mich und der Meinung find, dass in nostro casu der Vater schuldig sey, seiner verheuratheten Tochter ihr müterliches abzutreten, ex hac potissimum ratione, vveilen secundum Ius Alemannicum per nuptias liberorum die potestas patria solviret vverde, so muß zvar dabey acquiesciren, vvelchemnach denn auch geschehen lassen kan, dass eine sentenz abgefasset vverde, dievveilen aber dennoch noch einige scrupell mir dabey zurück bleiben indem finde, vvie dadurch sich Fälle aussfern dörften, „ vyodurch die natürliche Billigkeit, so denn die schuldige pietaat derer Kinder gegen ihre Eltern ja selbst die observanz in unserm Vatterland Noth leiden dürfte, so habe es noch mit vvenigem erin-

„ nern vvollen. Ich gestehe gar gern dass per nuptias liborum die patria potestas solviret vverde, aber daraus so folget mea sententia nicht dass desvvegen denen Eltern der vsusfructus ihrer Kinder maternorum nicht mehr gebühren sollte; ein Vatter bleibt immittelst ein Vater und vvarum sollte ihm nicht so vvoohl qua pater, als per emancipationem quae per nuptias fit derselbe gebührea? Ich vermeyne die Obligation derer Kinder gegen die Eltern dass sie das Leben, auch die sorgfältige education, ja selbsten dadurch fast alles haben, feyn vveit gröser, als die, dass sie per nuptias ex P. P. dimittiret vverden. Und nachdem sie auch absonderlich durch ihrer Tochter Verheurathung ein so gutes Werk thun, vvarum soll ihnen vielmehr dasselbe zum Bauchbiss gerathen, dieses vvürde ja nach aller Vernunft die grösste iniqitaet seyn und vvie vvürde auch solches mit der pietaat, vwelche die Kinder vornemlich vor ihren Vatter haben sollen, übereinkom-

## 14 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

tum, quod principiis, quibus partim Germaniae  
ius,

kommen? da sich dabey öf-  
ters zutragen vvürde vvenn  
ein mittelloser Mann ein rei-  
ches Weib heurathet und von  
derselben Kinder erzielet, und  
dadurch ein vvohltluender  
Mann und gleichsam dominus  
von seiner Frauen Güter ge-  
vvorden, seine Frau aber stirbt  
und die Kinder ervvachsen  
und heurathen, daß er als-  
denn solche Güter an die Kin-  
der so bald vvieder abtreten,  
und da er vorher ein reicher  
Mann gevvefen, auf einmahl  
vvieder ein! Bettler vverden  
sollte! Und vvill ich fast nicht  
zvveifeln das in praeſenti ca-  
ſu mit dem Beklagten es nicht  
viel besser ergehen vverde,  
vvill derer mehreren inconve-  
niensen die daraus entſtehen  
vvürden, nicht gedenken, ge-  
ſtalt denn auch eben deſſvve-  
gen der I V S T I N I A N V in  
dem in meinen vorigen votis  
angezogenen Lege vitima Cod.  
de bonis quae liberis cet. die  
Kinder vor improbos erklärt  
die dergleichen an ihre Eltern  
praetendiren, dievveilen denn  
noch hinzu kommt, vvie in  
meinen vorigen votis gleich-  
falls schon mit angeführt, daß

die obſervanz in contrarium  
in unſerem Vatterland vväre,  
vvie denn ſo viel mich erin-  
nere, vvenn dergleichen ca-  
ſu in iudiciis vorkommen,  
daß man dieſelben als EIN STEIN  
DES ANSTOSSES declinirt hat, fo  
gar auch, daß auch bey nur  
etvvas honerten Leuten der  
Mutter, vvenn ſie nicht ad fe-  
cunda vota geſchritten, der  
vſusfructus des väterlichen  
nicht diſputirt vvorden, vvie  
ich davon hier in unfer Stadt  
allein eine gute Anzahl benen-  
nen könnte, vvarum vvill man  
denn nun vwas neues einfüh-  
ren, vwas vorhero nicht ge-  
vvefen ist? Und vveilen auch  
in der leztern ſentenz ſo in  
diefer Sache ſchon ergangen,  
eben dieſes Umſtandes vvegen  
dem Kläger die von ihm alle-  
girte contraire obſervanz zu  
ervveiſen auferlegt vvorden,  
vvelcher Bescheid in rem iu-  
dicatam ervvachsen und da-  
durch der Beklagte ein ius  
quaefitum erlangt, vvie vvill  
man dannenhero davon vvie-  
der zurück gehen! vvelches  
denn mit vvenigem noch ha-  
be erinnern vvollen.

NB. Es ist bekannt, daß  
die

ius, partim res in summo Appellationum Tribunali (e) indicatae nituntur, apprime conuenit. Haec tenus itaque, si a beati WALDSCHMIDII sententia abstrahamus, praxis Hassiae superioris, cum vsu fori Hassiae inferioris, minime conspirat, vt pote quod hoc quidem ususfructus paternus, filiae nuptiis haud finitur, sed ad mortem perdurat et continuatur, illa vero, restitutionem bonorum aduentiorum iniungit atque usumfructum paternum arctioribus limitibus circumscribit.

### § IX

die Kinder ohne der Vatter Willen nicht heurathen dürfen, vvenn nun aufkommen und offenbar vverden sollte, dass vvenn die Kinder heurathen, die Vätter den usumfructum ihrer Kinder mäuterliches alsdenn verlieren sollten, vvürden denn vwohl die Vätter suchen ihre Kinder zu verheurathen, sondern vvürden dieselbe, sonderlich die nicht viel vor sich zum Besten haben, nicht vielmehr quoquis modo suchen solches zu verhindern, und vvas vvürden daraus noch viele andere inconuenientien in lubrica aetate derselben alsdenn mehr

erfolgen, haec vnica ratio pro tuenda mea sententia sufficit, und vveilen dieselbe der in allegata lege *Cod. de bonis quae liberis* nicht vvenig conform ist, sehe nicht vvie davon vwohl abzugehen seyn vverde; *Annum et diem adscriptum non fuisse est quod dolendum.*

(e) In eo quippe generatim per maiora obtinuit opinio patriam potestatem per *nuptias et separatas oeconomiciam* non dissolvi, vti constat ex *Tom. I. Dec. VII. num. 4 pag. 25 et Tom. II Dec. CLXXVII num. 25 pag. 35.*

## § IX

II ARGVMENTO LITIS DE PRAEMIO  
EMANCIPATIONIS.

Quatenus usus fori vtriusque Hassiae conspiret, vel ab inuicem recedat, vidimus. Iam in Marburgensem Principatum redeuntes, ne ibi quidem, vt dictum est, eadem semper principia obseruata fuisse, facile patebit eo, quod subiucere hic datum est, praeiudicio altero, quo orta filias inter ciuis alicuius Marburgensis harumque maritos ab una, tum vero patrem illarum ab altera parte lites ipsa haec, quam tractamus, quaestio decisa est a *Praetore Urbano* in prima instantia secundum principia Iuris ciuilis patrique ususfructus pro parte dimidia adiudicatus in *praemium* quasi *emancipationis*, cui nuptias effectu aequipollere vulgo traditur. Quam recte id principium adoptetur, disquisuerunt alii pri- dem, nostram vero de praemio emancipationis sententiam alibi dictam ex instituto, (a) non repetimus. Annotasse iuuabit, sententiam prioris instantiae (b) appellatione a patre interposita

(a) in *Diff. cit.*, § 17 seq.

(b) Sententia ita concepta erat Bescheid in Sachen An-

nen Margarethen, Johann Bernhard Jutti Ehefrauen und Annen Lucretien Johannes Schönenfelds Eheweib wie auch Annen

ta ab Illustri Regimine quantum ad dimidium  
vſusfructus fuisse confirmatam. (c)

## § X

Annen Christinen Johann Her-  
mann Stücks Ehefrauen alle  
allhier Klägere  
contra

den Stadt Capitain - Lieutenant  
und Beckermeister Johann  
Christoph Schulzen da-  
selbst beklagten.

Nachdem Klägere praeten-  
diret, dass wenn sie zu Able-  
gung des iuramenti manifesta-  
tionis adstringiret werden soll-  
ten, Beklagtens Ehefrau und  
dessen Stieffochter Marie Eli-  
sabeth Westhellerinn allhier,  
als welche beyde stets um Be-  
klagten herum wären, auch  
alsdenn manifestiren musten.  
Dieser denn hierbey nichts zu  
erinnern gefunden; als wird  
zu Abschwörung solcher Ey-  
der terminus auf morgen früh  
um 7 Uhr anderwärts anbe-  
rahmt; quo facto Beklagten  
obliegen will, nicht allein Klä-  
gern die Helfte des mütterli-  
chen samt der Errungenenschaft  
binnen 4 Wochen abzutre-  
ten, sondern auch die Zin-  
sen von Zeit eines jeden Kin-  
des Verheurathung an zu ent-  
richten, von der übrigen Helfe-  
te aber behält Beklagter ad-

dies vitae billig den Genuss,  
iedoch dass nichts von solchen  
übrigen Gütern veräußert  
oder verpfändet werde, auch  
bleibt Klägern ihr ratione der  
väterlichen dermahlens zu ha-  
ben vermeintes oder Erb-  
schafts Recht wie sich ohne  
dem versteht in saluo, publ.  
Marburg den 14ten Dec. 1731.  
W. GRVSEMANN Dr.

(c) In Appellation Sachen  
des Stadt - Capitain - Lieute-  
nants Johann Christoph Schul-  
zen allhier zu Marburg entge-  
gen und vvieler desselben  
drey Töchter und dieser Ehe-  
männer, Johann Bernhard Ju-  
sti, Johannes Schönefeld und  
Hermann Stück hierselbst, ein  
und andern theils vyird auf al-  
les Vorbringen und erfolgten  
Schluß zu recht erkannt das  
es bey dem Bescheid a quo  
vom 14 Decembr. 1731 mit  
dieser Erläuter und Aenderung  
zu lassen, dass Appellans, de-  
nen bey dieser Sache vorkom-  
menden besondern Umständen  
nach, die Zinsen der von ih-  
nen abzutretenden Helfte an  
die Appellaten dieser mater-  
C norum

## § X

## MONITVM CVM VOTO

Et plura quidem, praesertim recentiora, si ad manus essent, praeiudicia facile adderemus. Sed excusatos nos habebunt omnes, qui precibus, quibus in Dissertatione praeliminari § xxxvii rogauiimus, ut qui possent subsidiis nos instruere ne dedignentur, nihil effectum esse norunt et quam frustranea opera in colligendis exemplis hactenus laborauerimus, sciunt. Quod si vero repetitiae hae nostrae preces aliquid valent, valere autem eas in votis est plurimum, id imperaturos nos confidimus, ut supplere, quotquot possunt, benigne velint, has lacunas et quod iuri patrio illustrando impendimus studium adiutoria opera excitare et promouere malint, quam intermissa communicatione impedire et retardare. Ita fiet, ut si accessionibus, augere nobis ali-

norum et adquisitorum nicht von Zeit der Verheurathung derselben sondern a tempore litis contestatae mit zu entrich ten schuldig seye. Wie es denn also dabey hiemit gelassen und der Bescheid a quo solchergestalt geändert und im übrigen dabey gelassen, mithin derselbe ad Iudicem priorem pro facienda execu-

tione, compensatis expensis remittiret seyn soll, V. R. W. publ. Marburg den 18ten

Oktobr. 1732.

Dr. VIEATOR nomine illius bathe besch. cop. bedankte sich dessen in utilibus quoad contraria referuanda referivend.

Dr. KLEINSCHMIED nomine harum similiter.

aliquando licuerit hanc opellam, gratias, quas  
habituri sumus, publice agere tum etiam quea-  
mus maximas.

## § XI

IN HASSIA INFERIORI VSVSFRVCTVS PATER-  
NVS NEQVE NVPTIIS NEQVE INSTITVTIONE  
SEPARATAE OECONOMIAE FINITVR

Quemadmodum vero in Hassia Cassellana  
superiori non eadem semper principia praxi ob-  
seruata fuisse vidimus, ita quantum inferiorem  
attinet, dubio quidem quodammodo iure prin-  
cipem hanc patriae nostrae partem, vsam esse,  
nemo facile nisi rerum forensium plane ignarus,  
negauerit, id tamen *obseruantia* obtinuisse, tam  
certum est, quam quod certissimum, patrem vi-  
duum, siue coelibatum praetulerit, siue ad se-  
cunda transferit vota, vsufructu gaudere ad dies  
vitae, hunc vero neque nuptiis filiae, neque se-  
parata a filiis instituta oeconomia finiri eandem-  
que ob causam quaestionem de praemio eman-  
cationis incidere non solere. De eo quod pri-  
uatum fit, non est, vt dicamus. Nulla est siue  
inferioris ordinis, siue clarior aut nobilior ali-  
qua familia, quam testari non oporteat, vsu ha-  
ctenus ita, vt diximus, seruatum esse. Si quis  
fuerit, qui contradicere praesumserit, eum ro-

C 2

gamus

20 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

gamus, quin amice prouocamus, vt prodeat atque de veritate nos conuincat. Adeo, quae notitia assecuti sumus, conspirant, vt vel pignore posito certare ab animo alienum non sit, rem ita se habere, non aliter. Publica rerum testimonia adsunt. Adpellare licet SVMMI TRIBVNALIS CASSELLANI autoritatem, ad quam prouocandi occasionem praebent DECISIONES (a) quae auspiciis illustrissimi PRAESIDIS eius prodierunt. Non finitur patria potestas nuptiis filiae aut separatae oeconomiae a filio institutio-  
ne. Minime ergo finitur, vulgo sic dictis his quasi emancipationibus vsusfructus paternus, sed perdurat. Specificationem saltem iuramat, vbi ad secunda vota transierit, vel alia suspicionis cauſa adsit, edat pater. In caeteris saluum ius, quod Romanae ipsi tribuunt leges, usque ad mortem. De praemio *emancipationis*, quia ea in iudicio fieri more Iustinianeo non assolet, ne quaefatio quidem, habetur, partim, quia non occurrit, partim quia nec filiarum nuptiae, nec instituta a filiis separata oeconomia effectus eman-  
cipationis hic quidem habere creduntur.

§ XII

(a) Tom. I Dec. VII num. 4 pag. 25 et Tom. II Dec. CLXXVII num. 25 pag. 35,

## § XII

SEPOSITIS OBSERVANTIAE IN HASSIA VTRA:  
QUE DIFFERENTIIS VSUSFRVCTVS DENVO  
PATRI ASSESTITVR

Differant hinc licet iura, quibus pater in Hassia ratione vsusfructus gaudet. Latius illa pateant in ipso eius meditullio, Landgrauiatu inferiori. Arctioribus ipsa circumscribantur limitibus in Principatu Marburgensi, qui ad superiorem pertinet. Eatenus saltem, vterius minime, iure incerto vel discordi saltem nos viuere patet. Vbicunque vero te verteris, in qua Provincia quaesueris, in qua Praefectura percontatus fueris, vbicunque locorum disquisitione facta sollicitudinem adhibueris, patrem vsufructu gaudere omnes testabuntur, non quidem addita ratione, forte ex iure Romano, moribus Germanorum, vel Hassiarum consuetudine, aut rerum iudicatarum autoritate, quia res est extra controuersiam posita, sed experientia et vsu quotidiano, quibus contradicentem inueneris neminem. Hinc ille rerum iudicatarum, si quidem nullae lites quantum ad quaestione an? defecetus.

## C 3

## § XIII

22 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

§ XIII

ET QVIDEM PER HASSIAM VNIVERSAM ABSQVE  
DISCRIMINE STATVS ET CONDITIONIS.

Quem ergo patri per vniuersam Hassiam competere diximus vsumfructum, eo iam illum gaudere obseruemus absque vlo discrimine statutis et conditionis, quibus homines distinguuntur. Quo quidem vsque dum ius patris extendimus, sine probatione, id sibi alii vt persuadeant, minime postulamus. Quanquam enim contradicta numquam aequa ac notoria obseruantia, quod statuimus, palam loquatur, commodum tamen erit in memoriam reuocasse ipsa illa quae adduximus, praeiudicia. *Primum* enim (§ VIII) adiunctum vti partes coneernit, qui **R V S T I C I** pagum tunc incoluerunt *Altenvers*, sua ipsimet collentes rura, ita id quidem genus homines iure hoc inter se vti, satis nos edocet. *Alterum* litterum concernit inter **C I V E S** Marburgenses quondam agitatam atque a *Praetore Urbano* decisam, et quidem tales qui negotiationem ciuicam proprie sic dictam exercere noscebantur, de quo actum (§ x) supra. *Tertium*, quod Summi Appellationum Tribunalis Decisiones suppeditarunt (§ XI) personas respicit statu **HONORATORES**, (*Schriftfäßige*) in dignitate constitutos, primam instan-

instantiam sortitas coram illustri Regimine Casselano, hinc conditione statuque ciuili, illis praeferebundos. *Quartum* si suppeteret, adderemus, vt NOBILES etiam seu EQVESTRIS DIGNITATIS personas in Hassia eadem obseruantia regi appareat. Verum vti horum nullum naecti sumus, quod scopo inferuire nostro heic loci possit, ita vel ipsa uniuersi iuris, quo vtimur analogia id per se unicus facile persuadebit, qui meminerit, vel inter ILLVSTRES, prout alibi euictum (a) idem ius obtainere. Quin adeo hoc ipsum extra controuersiam constitutum videtur, vt, cum dissidentem nec inuenire datum sit, nec contradicentem obuium habuerimus, inter certa iuris capita hoc referri posse videatur, in Hassia etiam patrem generis nobilitate conspicuum usumfructum habere in bonis liberorum aduentitiis.

#### § XIV

NVM ET SINE DISCRIMINE BONORVM ALLO.  
DIALIA SINT AN FEYDALIA?

Iam de bonis in quibus patri ususfructus competit in Hassia, si subsidiis haud destituemur, agendum esset. Adeo vero in ipsa patria, omni licet adhibito studio, nos fugit accurasier, quan-

(a) vid *Disp. nostra de bonis aduentitiis liberis sui iuris factis cet. § 20 ibique citati.*

## 24 DISSERTATIO IURIDICA DE VSVFEVCTV

quantum ad praxin eius, harum rerum notitia, ut statuere aliquid circa eam praeiudiciis nunc quidem non valeamus. Ne exemplum quidem vilum, quod quaestio haec mota sit, in foro inquirentibus nobis obuium fuisse fatendum est. Parum abest, quin Domitianam quaestionem moueri nonnulli, existimauerint, id forte, quod omnes sciant scireque oporteat, nos ignorare suspicantes. Scilicet de bonis aduentitiis, quae ius Romanum ignorat, qualia v. gr. sunt *Feudum a filio acquisitum*, *Beneficium ecclesiasticum* sermonem nobis fuisse, vel ipsi quibus hanc quaestionem proposueramus, intellexisse non videbantur. Quae inter Doctores in vtramque partem hac de re disputantur hoc loco non conducemus. Ad FEVDA vero quod attinet, negatiuam tinentur quam plurimi, usumfructum patri minime omnium tribuentes. H. A ROSENTHAL  
 (a) LVD. SCHRADERVS (b) HERM. VVLTEIUS (c) HVB. GIPHANIUS (d) IOH. SCHONERVS (e) IOH. GOEDDAEV<sup>S</sup> (f) G. A. STRUV

- |  |  |
|--|--|
| (a) <i>De feud. Cap. VII concl.</i><br><i>XIV.</i> | (d) <i>Disp. feud. III num. 26.</i>              |
| (b) <i>Traet. feudal. P. VII cap. 6 n. 9.</i>      | (e) <i>Disp. feud. Lib. I Disp. 2 § 57.</i>      |
| (c) <i>de feud. Lib. I Cap. IV n. 7.</i>           | (f) <i>in disp. feud. Disp. IV § 7 pag. 397.</i> |

STRV<sup>V</sup> (g) s. STRYCK (h) w. A. LAVTER-  
BACH (i) sexcentique alii. Affirmatiuam sim-  
pliciter fecutus est IOHANNES NIELLIVS, (k)  
ex iuris Romani analogia diiudicandam ratus  
hanc quaestione, cui vsumfructum paternum  
in feudis minime repugnare rationibus licet mi-  
nus solidis, sibi demonstrasse videtur. Vestigia  
eius, sed aliis motus rationibus, pressit, GEORG.  
FRID. KRAVSE. (l) Eandem quaestione in-  
ter recentiores tractauit atque quantum ad regu-  
lam affirmatiue decidit AVGUSTINVS A BAL-  
THASAR, (m) eorum, qui pridem hanc tuiti  
fuerant sententiam longum instituens recensum,  
*Cap. III s. VIII pag. 53* nec non Perillustris iam  
in Senatu Imperii Aulico Consiliarius, IOAN.  
ADOLPH DE BRAVN, (mm) atque Illustris Lu-  
becensium Syndicus, HENRICVS BROCKES. (n)

## Distin-

(g) in *Syntagm. Iur. Feud.*  
Cap. V § 15.

(h) in *Exam. iur. feud. Cap.*  
10 qu. 5 et in *Vsu Mod. Tit. de*

*vusufr. § 9.*

(i) in *Diss. de usufructu pa-*  
*terno § 25 Tom. 3 Diss. 140.*

(k) *Diss. feud. II Thes. V*  
*lit. d. pag. 30.*

(l) in *Dissert. de usufr. patris*  
*in feudo filii. Vitembergae 1758.*

(m) de *usufructu paterno in*  
*feudis filiorum familias inprin*  
*qua feuda Pomeraniae. Gry-*

*phiswaldiae 1741.*

(mm) de *usufructus paren-*  
*tum in bonis liberorum funda-*

*mento Cap. 4 lenae 1743.*

(n) in *Diss. de usufructus pa-*  
*tris in bonis liberorum maxime*  
*feudalibus. lenae 1747.*

## D

## 26 DISSERTATIO IVRIDICA DE VSVFRVCTV

Distinctione quondam rem expedire voluit, FACHINAEVS, (o) tum demum filio vsumfructum concedendum existimans, si filius absque illo seruitia commode praestare non possit. Sed displi-  
cuit haec distinctio CAROLO HENRICO MOEL-  
LERO (p) potius ex titulo, quo feudum ad  
filium familias peruenit, rem si accurate, placue-  
rit, determinandam putanti; ita quidem, vt si  
feudum intuitu militiae, sive togatae sive saga-  
tae, aut a Principe aut ea expressa conditione,  
ne ad patrem vslusfructus pertineat, concessum  
sit, ad peculium castrense quasi castrense, vel  
aduentitium irregulare illud referendum et sic pa-  
tri vslusfructus denegandus sit; sin vero aliunde  
ad filium peruererit vel intuitu patris datum, ad  
peculium aduentitium referendum, hinc patri  
vsumfructum concedendum esse. Similiter AVG.  
A LEYSER (q) communem opinionem, quod  
pater vsumfructum feudi non habeat, ad eum  
restringit casum, quo princeps filio, feudum do-  
nauit, allegata l. 7 C. de bon. quae liber. At, si  
feudum, pecunia filii emtum sit, patri vsumfru-  
ctum denegari non posse, addita ratione, quod  
de

(o) Lib. 7 Controv. 77.

(p) in vslu praest distinct feu-

(q) in Medit. ad Pand. Spec. CVI medit. 7 Coroll. 1 Vol. 2  
dal. Cap. VI Dist. V pag. 197. pag. 428.

de hoc casu ius feudale nihil disponat, hinc vero ad ius ciuile recurrendum sit, 2 Feud. 1 aliis contra rem iure feudali per indirectum saltem decisam esse existimantibus. (r) Alia via incedit Perillustris Dn. DE BRAVN (s) vtpote antiquioribus temporibus, in feudis hunc usum fructum patri competitissime minime sibi persuasurus, deinde vero aliud obtinuisse et tam patrem, quam matrem ad eundem admissum fuisse, statuens. Vnde et principia haec tam inter priuatos, quam illustres personas triumphare, iam pridem compertum sit. Rationes, quibus dissentientes ab vtraque parte nituntur hoc loco excutere, quamvis differendi materia haud deficeret, nec lubet, nec vacat. Quid vero abstrahendo tantisper a Hassia nostra, in tanto viorum doctissimorum dissensi statuendum sit Iure Germanico generatim, definitu sane periculosum. Si, quid nobis sedeat, fatendum, res omnis eoredit, utrum ususfructus paternus quantum *ad feuda aestimandus* sit, ex iure Romano, an vero ex moribus Germanorum? Sin prius, satis fere confecta res omnis videtur distinctionibus MOELLERI (t) supra propositis, hoc addito, quod

D 2

vbi

(r) *conf. LAVTERBACH l.c.*(s) *l. c. Cap. IV per tot.*(t) *l. c. pag. 197 et 98.*

vbi de feudo hereditario controuersia moueatur, patri sane vſusfructus denegari nequeat. Sin posterius, sequenda nostro iudicio erunt, quae disserunt cum AVG. A BALTHASAR (u) tum Perillustris Dn. DE BRAVN. (v) Quid in singulis Germaniae Principum territoriis obtineat, quid leges fanciant, quid praxis seruet, id vt memoriae, prodant, qui facultate pollut, in votis est. (w) Ad ECCLESIASTICA BENEFICIA quod spectat, quaestionem tractauit PAVLVS CHRISTINAEVS (x) et LVDERVS MENCKENIUS. (y)

## § XV

## ID IN HASSIA ADMODVM DIFFICILE DEFINITV.

Quod per vniuersam Germaniam, non vna ratione diiudicatur argumentum, sed vbicunque terrarum quaestionem moueris, diuersis etiam doctissimorum virorum sententiis praxin, et ius omne varietate principiorum, quibus innendum, turbauit atque incertum reddidit, id in Hassia planum, certum et expeditum nec quaefueris

(u) l. c.

(v) l. c.

(w) in Pomerania quid obtingeat, peculiari Dissert, exposuit allegatus modo Dn. DE BALTHASAR.

(x) in Dec. Belgic. Tom. IV  
Tit. LX Dec. 76 pag. 126.

(y) de iure disponendi filii-familias religioni protestantium adiecti circa Canoniciatus. Disserat. pag. 714.

siueris nec inueneris. De praxi Hassiae, nihil  
 quod afferamus ad manum esse, supra ingenue  
 confessi sumus. Quoad theoriam, nostrum  
 quidem non est, tantos componere fluctus, sed  
 si ex animi sententia iudicium deferendum, des-  
 cipientibus legibus Prouincialibus aut consuetudini-  
 bus patriis, quas probari ab allegante oportet,  
 recentioribus, nuncius hic mittendus iuri Ro-  
 mano atque seposita omni peculiorum idea di-  
 uersaque earum ratione Germanis ab antiquo  
 incognita, res vnicae aestimanda ex moribus ma-  
 iorum, legibusque eorum quatenus prostant,  
 antiquis, atque vsumfructus paternus in bonis  
 liberorum considerandus, habita ratione origi-  
 nis, vnde velut effectus a sua cauilla descendit,  
 id est respectiue tutelae parentalis et communio-  
 nis bonorum, etiam antè, quam receptum nos  
 turbauit Ius Romanum, quod feuda ignorat, pe-  
 culia seruat, cum haec ignoret Ius Germanicum,  
 vsumfructum contra ab antiquissimis retro tem-  
 poribus, agnoscat, illum vero generatim, ae-  
 que ac haec foueat in hunc vsque diem Hassia.  
 Ad cuiuscunque autem iuris vel consuetudinis  
 principia te composueris, patrem vsufructu feu-  
 dali excludi haud posse, facile obseruaueris.  
 Absit, decidendi facultatem arroganter nobis

D 3

sumere

30 DISSERTATIO IURIDICA DE VSVFRVCTV

sumere nos voluisse aliis videamur, utpote qui meliora edociti facile cedemus, auctoritatem ius dicentium ac superiorum reuerenter habituri. Quantum ad ecclesiastica beneficia attinet, praeter unum exemplum aliud nouimus nullum, eo tamen nomine, heic loci commemorandum, quod patrem illud recipiendo quotannis administratione functum fuisse, obseruauerimus.

§ XVI

CONFISCATIONE BONORVM FILII MILITIAM DESERENTIS NVM VSVSFRVCTVS PATERNVS EXSTINGVATVR?

Ita forte videri potuisset, sed expressa sanctione contrarium sancitum in der FÜRSTL. HESSEN CASSELISCHEN VERORDNVNG: wie es mit confiscation cet. § VIII. IX pag. 67 verbis: „wenn aber eines von beyden eltern lebet, so bleibt zwar demselben nach denen meinen Rechten, iedes ortes hergebrachten gewohnheiten, oder auch rechtmäsig errichteten ehe-paeten der ihm von rechts wegen gehührenden wiesbrauch, und die leibzucht, auch an des deserteurs antheile von des verstorbenen verlassen sehaft; es hat aber jedes ortes obrigkeit, der dieses confiscations-geschäfte committiret worden, dabin zu sehen; daß nicht allein von sol-

„ chen Unserm fisco zugefallenen stücken nichts  
 „ verzehret und zu dessen praeiudiz veräuseri,  
 „ anch dessfalls binlängliche cautiones gestellet  
 „ werden; sondern auch bey absterben der leib-  
 „ züchter, solches antheil sogleich wie obstehet  
 „ zu verkaufen und einzuliefern; und im fall es  
 „ an genugsamer caution fehlen sollte, solches  
 „ gehörigen orts zu berichten; da denn das an-  
 „ theil quaeftionis eingezogen, und denen, wel-  
 „ chen es zukommt die interessen davon gerei-  
 „ chet, zu folchem ende auch die fundamente des  
 „ zu praetendirenden vſusfructus genau untersu-  
 „ chet, und in dem protocoll notiret werden sol-  
 „ len. „ Debemus hanc obseruationem Viro  
 Illustri I. A. HOFFMANN (a) collegae mul-  
 tis nominibus colendo, qui apposite satis et hoc  
 obseruauit, quod vſusfructus in bonis filii deser-  
 toris vtrique parenti, cum patri, tum matri ordi-  
 natione hac tribuatur, (b) id quod tam cum  
 moribus Germanorum, quam cum Hassorum in-  
 stitutis antiquioribus congruere ipse annotauit.  
 (c)

## § XVII

(a) in Prolusione de vſusfructu  
 in bonis filii militiam deferentis  
 confiscatis, parentibus in Hassia  
 adscripto. Marburgi 1762 § XII.

(b) l. c. § XIII.

(c) ibid. § XIII not. (s)  
 (t) (u) pag. 15.

## § XVII

DE EO QVOD IN PROVINCIIS HASSIAE CASSELLANA  
NAE HERSFELDENSI SC. PRINCIPATV ET CE-  
TERIS OBTINET QVAESTIO PROPONITVR

